



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

De communicatione cum externis, & gratitudine erga fundatores, &
benefactores. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

Expensæ extra ordinaria. cuius momenti, & expensæ extraordinariæ faciendæ, aut si bona offerantur cum aliqua obligatione, rem ad Prouincialem deferat.

Deposita non admittantur. 69 Depositum pecuniæ nullum prorsus admittat; aliarum vero rerum non nisi cautissime, dummodo sint eorum, quibus multum debeamus, aut alioqui id officij sine magna offensione, denegari non possit.

P.6.c.3. §.3. Examinatio nostrorum in ciuilibus. 70 Neminem ex nostris in causis ciuilibus, ne dum criminalibus examinari (nisi, qui ad peccatum obligare potest, compelleret) permittat absque licentia, quam minime dabit, nisi in causis, quæ ad religionem Catholicam pertinent, aut alioqui piæ sint, & ita vni faueât vt non in alterius detrimentum cedant.

P.6.c.2. §.14. Quomodo iumento domi vtendum. 71 Nullum domi iumentum equitandi causa ad vsum alicuius de ipsa Societate ordinariæ habeatur, nisi aut propter continenter infirmam alicuius valetudinem, aut propter publica negotia, id necessarium, & vrgens iudicaret Generalis.

Ibid. lit. k.

De communicatione cum externis, & gratitudine erga fundatores, & benefactores.

C A P. VII.

Mulierum visitatio et literæ. 72 **M**ulieres inuisere, aut ad eas scribere nisi in necessitate, aut cum spe magni

magni fructus, nostros non sinat, nec hoc quidem permittat nisi viris valde probatis, & prudentibus.

73 Non permittat fæminas domum nostram ingredi.

74 Curet, ne primarios viros inuisere nostri consueſcant, nisi sancto studio piorum operum ducerentur, vel quando intima beneuolentia in Domino coniuncti essent.

75 Non sinat offerri munuscula, quæ magnatibus ad res maiores obtinendas offerri solent.

76 Non permittat, vt nostri cibum capiant apud externos, aut ab eis, cum ægrotant, visitentur, nisi causa non leuis momenti ad id concedendum moueret, quam eandem esse oportebit, si quando externus aliquis ad mensam præsertim Refectorij, inuitandus videretur.

77 Amicos conseruare, & eos, qui male erga nos affecti sunt, præcipue si homines sint non vulgaris auctoritatis, orationibus & rationibus conuenientibus in amicitiam, reuocare, aut saltem, ne aduersarij sint efficere studeat.

78 Obseruet, quæ erga fundatores, & benefactores, tam viuos, quam mortuos obseruanda sunt, eisque gratitudinem exhibeat, & si quam aliam obligationem Domus habet, ei satisfieri curet.

P. 3. c. 1. §. 14.

Domum non ingrediantur.

P. 6. c. 2. §. 9.

Magni viri quando inuisendi.

P. 6. c. 2. §. 9.

Munuscula.

Nostri non capiant cibum apud externos nec ab eis visitentur cum ægrotant.

P. 10. lit. B.

Amici conseruandi, &c.

P. 4. c. 1.

Gratitudo erga Fundatores, et benefactores.